



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

XX. Vt nullus presbyter quemquam poenitentem in ecclesiam introducat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

ANNO
CHRISTI
1022.
tia, vt in aliquo capitali crimine inculpati pœnitentiam a sacerdotibus suis accipere nolint, in hoc maxime confisi, vt Romam euntibus apostolicus omnia sibi dimittat peccata; sancto visum est Concilio, vt talis indulgentia illis non profit, sed prius iuxta modum delicti pœnitentiam sibi datam a suis sacerdotibus adimpleant, & tunc Romam ire si velint, ab episcopo proprio licentiam, & literas ^{*ferte de} ad apostolicum * ex iisdem rebus deferendas accipient.

XIX.

Decretum est etiam in eodem Concilio, vt omnis pœnitens, dum carinam suam ieunat, de loco in locum non migret: sed ibi permaneat vbi suam acceperit pœnitentiam, vt proprius sacerdos sibi præbeat testimonium: si autem ibi propter hostiles iniurias ieunare non poterit, suus sacerdos eum confratrum suorum alicui, vbi pacifice possit ieunare, diligentissime commendet.

XX.

In eodem quoque Concilio decretum est, vt nullus presbyterorum quemquam, nisi iussu episcopi, in ecclesiam introducere præsumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat.

A P P E N D I X
CONCILII SALEGVNSTADIENSIS.

Quomodo initianda sit Synodus.

HORA conuenienti, quando episcopo vel eius vicario visum fuerit, omnes expellantur de ecclesia, obseratis foribus cunctis: ad unam ianuam, per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarii stent, & sella ponatur in medio,

Oo iiij

Quæ sc̄
quuntur
apud Bur-
chardum
inuenimus,
ideoque
ipsa obmit-
tere nolu-
mus.